Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ergo duplici morti nre salua-
tor impendit simplici suam.
Et ad faciendam utramq resur-
rectionem nram. in sacramento
et exemplo preposuit. et pre-
posuit unam suam. Neq enim
fuit peccator aut impius re-
nouari opus erat. et tamquam
resipiscendo ad uitam iustitie
reuocari. Sed induitus carne
mortali et sola moriens. sola
resurgens. ea sola nobis ad
utrumq concinuit. Cum mea
fuerit interioris hominis sa-
cramentum. exterioris exemplum.
interioris enim hominis nri
sacramento data e. Illa uox
pruens ad mortem animem nre
significandam. non solum in
psalmo. uerum etiam in cruce.
Ds ms ds ms. ut quid me de-
reliqsti. Cui uoci congruit
aplus dicens. Scientes quia
uetus homo nr simul crucifixus
e. ut euacuetur corpus
peccati. et ultra non seruiam
peccato. Crucifixo quippe
interioris hominis penitentie
dolores intelleguntur. et
continentie quidam salubris
cruciatus. p qua morte mors
impietatis perimitur. in qua
nos reliqd dos. Et ido p talem
crucem euacuatur corpus peccati.
ut iam non exhibeamus men-
bra nra arma iniqtatis peccato. quia et interior homo.
si utiq renouatur de die in
diem. pfecto uetus e antequam
renouetur. Intus namq agit.
quod idem aplus dicit. Exu-
te uos uetere hominem. et in
duite nouum. Quod ita con
sequenter exponit. Quapprt
deponentes mendacium.
loquimini ueritatem. Vbi autem
deponitur mendacium in
intus. ut inhabitet in monte
sco di. qui loquitur ueritatem
in corde suo. Resurrectio u
corporis dni ad sacramentum
interioris nre resurrectionis.
pruere ostenditur. Vbi post
quam resurrexit ait. Nuli me
noli me tangere. non dum
enim ascendi ad patrem meum.
cum misterium congruit
aplus dicens. Si autem resurre-
xistis cum xpo. que sursum sunt
querite. ubi xps e ad dexteram
di sedens. que sursum sunt
sapite. Hoc e enim xpm non
tangere. in cum ascendent
ad patrem. non de xpo car-
naliter sapere. Jam uero ad
exemplum mortis exterioris